



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lect[i]o ij

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Lu. R. Sebastianus di-
 tor studiose curabat sub ab-
 scondito clamidis sanctorum ani-
 mas confortare. Spem promit-
 tens et gloriam consequi sem-
 per iterum. **R.** Deo igitur stu-
 debat reddere animas quas
 diabolus conabatur auferre.
Spem promittens. Lectio ij
Nec per omnes regiones septem
 diaconos misit. et eisdem sep-
 tem subdiaconos tradidit. quod
 omnium gesta martyrum col-
 legerunt. **R.** Sebastianus vir
 christianissimus quem occul-
 tabat militaris habitus. Et
 clamidis sue obumbrabat a-
 spectus. **R.** Erat enim in summo
 verax in iudicio iustus. Et cla-
ma impatori **Lectio tertia**
 philippo volenti interesse pasce-
 re vigiliis et communicare myste-
 ris restitit. nec quousque pecca-
 ta confiteretur et in penitentibus
 stare interesse permisit. Tan-
 dem pontificatus sui anno tre-
 decimo iussu decii capitis ob-
 truncatione martyrio corona-
 tur. Passus est circa annum do-
 mini ducentessimum quinquage-
 simum tertium. **R.** Erat nam-
 que in sermone verax. in iudicio
 iustus. in consilio prudens. in bo-
 nitate conspicuus. In vniuersa
 la morum honestate preclarus.
R. In commissio quoque fidelium
 interuentu strenuus In vni-
 uersis. **In secundo uoc.**

an. Ad hoc tamen sub clamide
 christi militem agebat abscon-
 ditum ut deo redderet animas
 quas diabolus conabatur au-
 ferre. **an.** Clarissimis quoti-
 die viris marcelliano et marco
 suadebat seculi blandimenta
 respicere. et momentanea tor-
 mentorum genera non timere
An. Sebastianus vir christi-
 anissimus quem occultabat
 militaris habitus. et clamidis
 sue obumbrabat aspectus. **L. iij.**
Sebastianus vir christianis-
 simus narbonensis genere ci-
 uis mediolanensis dioclesia-
 no et maximiano impatoribus
 adeo charus erat ut principa-
 tum eius prime cohortis trade-
 rent: et suo aspectui iuberet se-
 per astare. Hic militarem cla-
 midem ad hoc tantum fere-
 bat: ut christianorum animas
 quas in tormentis videbat de-
 ficere confortaret **L. R.** Chri-
 sto quotidie sedulum exhibe-
 bat officium. Ut christianorum
 animas quas in tormentis vi-
 debat deficere confortaret. **R.**
 Ad hoc tamen sub clamide terre-
 ni imperii christi militem age-
 bat absconditum. Ut christi-
an. cum autem perclarissimi **L. v**
 viri Marcellianus et marcus
 gemini fratres pro fide christi-
 sti decollari deberent: ad eos
 parentes cum vxoribus et libe-
 ris. veniunt ut ipsorum animas a-

mm ij